

175
NEH
175

F i o c c h i , Andrea Domenico

Fenestella [i.e. Andrea Domenico Fiocchi]: De Roman-
orum Magistratibus [&] Albricus philosophus: De ima-
ginibus deorum.

[Florence 1490].

[52] leaves

4^o
8p

09/453

[Hain-Copinger. 6963]

07/453
FENESTELLA DE ROMANORVM
MAGISTRATIBVS INCIPIT.

OMnium deorum quos uetus romanorum
religio excoluit: Primo panilycæo seu fa
unum illum: potius siluanum uocari placet: p
Lupercos rem diuinam Lupercalesque ludos
fecisse apud uetustatis assertores constat. Ea
quidem sacrorum genera ab Euandro rege:
qui ex arcadia profugus in eum locum uenerat
qui tandem romanæ præfuit arci: ad nostros
primum delata ac celebrata fuisse feruntur.
Hinc pana nudos pastores: quorum tunc præcipuum
numen fuit: ac denique summos etiam uiros
uenerari mos fuit: loraque pro manibus ferre
quibus obuios quosque cederent: laruisque tec
tas facies portare. Cur autem nudi hunc deum
colerent: pleraque e curriculo uetustatis ad nos
usque de lapsa referuntur. Siue enim quod ipsi
deo qui aliquis fingitur sue celeritati eo pacto
longe aptior nudos etiam habere ministros
placeat siue qui archades omnium populorum
qui græciam coluerunt longe uetustissimi: fe
ris adhuc similem uitam siluis ac montibus a
gentes legis expertes artisque primo hunc de
um uenerati primum cultum: auitosque nudos
habitus signantes referre uoluerunt haud fa

Copinger P. 1.
n. 6963.

Ma. 6963
Pro 6279

tis constat. Nōnulli uero Iolem uxorem Her-
culis ab hoc Fauno musam ac per ardorē libi-
dinis concupitā asserunt. Forte enim p̄ siluas
et amœna nemorū ęstus leuandi eam una cū
dilectissima cōiuge Hercules uagabat̄. Videt
ergo elegātissima forma mulierem ab alta ru-
pis specula fenes deus. Ergo illorū uestigia e-
minus licet obseruare īstituit. Illi antē per fili-
uas ducenda nocti aptissimū petunt. Interea
mulier dum quiescendi tēpus aduenit: pellem
leonis Herculis ritu de more aptat humeris
claua etiā illius manu assumpta Tali habitu p̄-
dictā somnus īgreditur. Erant aut duo parati
cōiugibus lecti eo quod postridie libero patri
rem diuinam facturi erant seorsum cubituris
Noctu ergo Siluanus fallēdi custodis occasio-
nē nactus clā thalamū īgreditur primoq; cō-
gressu fortunatus futurus puellę torum tenet
māuq; tentās: ut noctu fit horridū tegmē leo-
nis īuenit: Ratus ergo cubare ibi Hercule ad
aliud cubile ire p̄git. Quod cum sensisset mo-
libus stratū puerilibusq; deliciis aptius stragu-
la ueste sensim amota dū libidine arderis ma-
nu palpat Herculem: ac uix dum hirti corpo-
ris horrorem hauserat: et experrectus Hercu-
les manu reiectum toto antro fūsum iaculat.
Quo p̄ strepitu somno puella discussa lumina

accersit: lumie ergo Siluano prodito lusus ac
semiruptus uix attollens humo humeros isil
uas detrusus est. Ea ergo ratione ppetuo exē
cratis uestibis quibus tam turpiter lusus esset:
easde suis a sacris procul abfore cōstituit. Ple
riq3 illud huiusce rei causa assignabāt Romu
lo quod eadem sacra celebrante: medioq3 so
lis ardore corpus de more exercente cū nun
tiatū fuisset latrones prēdas agere: ita ut erat
nudus accurrit cōprehēsisq3 prēdatoribus pe
cora abacta redemit eius facinoris quod nu
dus gesserat ppetuum argumentum corporū
ea sacra celebrātium nuditatem esse placuit:
Vtcunque se se res hūerit: itēpora tantum
usq3 C. Iulii huiuscemodi obseruationem per
uenisse constat. Ea enim sacra cum sedēs Cē
sar dictator spectaret: atq3 inter eos qui solē
nia celebrarēt curreret M. antonius is qui po
stea triumuir fuit: aiunt lauream cōronam cui
diadema ānexum esset capiti Cēsaris īponerē
conatum fuisse: quod cum Cēsar amoto capi
te reiecisset: statue ipsius cunctis frementib9
imposuisse. De nomine uero lupercalium nō
etiam satis conuenit: plerisque enim inditum
hoc nomen quod huius inuocatione lupi a sta
bulis arceferentur uisum est: alii templum ip
sum in quo hic deus colitur lupercal uocant.

Quocirca Virgilius et gelida inquit monstrat
subrupe lupcal. Eique loca a lupa Romuli nu-
trice: quod eo i loco Romulum Remum que
paruulos educare reperta sit factum nomē lu-
percalis putant. Nec desunt qui alyceō arca-
dię monte. ubi pręcipue ea religio peruiguit e-
um quem nos lupum illi lycon euocant. luper-
cal ipsum cognominatum esse arbitrentur. p-
cipuam uero huic deo dicatis que ei sacerdoti-
bus uenerationem ea ex parte tributam ferūt
quod que mulieres ex suis uiris: uel concipere
uel conceptos foetus edere nequirent ad lup-
eos confugiebant: quę ubi loris extergore hir-
ci sectis cęse fuissent euestigio grauidę aut ef-
foete efficiebantur. hęc solemnia. xv. Kalen-
das februarias celebrari ut Ouidius fastorum
libris refert moris fuit.

¶ De poticiis et pinariis herculis sacerdotib9
E Adem tempestate Euandro scilicet pa-
latinum tenente Herculem Ceryone i-
terempto per eadem loca mira specie bouū ar-
menta ab egisse commemorant: ac cum pro-
pe thyberim fluuium qua prę se se armentum
ferēs traiecisset loco herbido ubi reficeret bo-
ues ipseq3 itinere defessus pcubisset. eundē.
uino cibo que grauati sopor oppresisset. Ca-
cus pastor loci accola uirib9 ferox captus pul-

3
chritudine bouum prædam aduertere instituit
ac ne si eam prædā agendo īspeluncā compu-
lisset uestigia ipsa eo quæretem dominū duce-
rent. aduersos eximiū quæque pulchritudine ī
speluncā traxit. At uero hercules ad primā au-
roram somno excitus cum gregē plustrasset
oculis partēque abesse numero fētiret pergit
ad proximā speluncam si forte eo uestigia fer-
rent: qua ubi ōnia foras uersa uidet nec in par-
tem aliā ferre: confusus atq3 īcertus animi ex
infesto loco agere porro armentum cœpit. In-
de cum actę boues forte ut fit ad desiderii re-
lictarum mugissent reddita inclusarū expelū-
ca bouum uox Herculē couertit. quē cum uadē-
tem ad speluncam Cacus ui prohibere cona-
tus esset: ictus clara fidē pastore ne quicq̃ iuo-
cans morte occubuit. Euander qui tūc tempo-
ris ea ex polopōneso pfugus auctoritate ma-
gis q̃ imperio regebat loca uenerabilis uir mi-
raculo litterarum rei nouę iter rudes artiū hō-
mines uenerabilior diuinitate credita matris
Carmentę quā fatilo quā ante Sibylle ī italiā
aduentum miratę gentes fuerant cōcursu pa-
storum trepidātiū circa aduenā manifestę cę-
dis rem excitus postquā facinus facinorisq3
causam audiuit: habitū formamq3 uiri aliquā-
to ampliorem augustioremq3 quam humanū

intuens:rogitat qui uir esset: Vbi nomen pa-
tremq3 ac patriam audiuit: Ioue nate Hercu-
les salue inquit. Te mihi mater ueridica inter-
pres deum aucturum celestiu numerum ceci-
nit:tibiq3 aram hic dicatum iri:quam opulen-
tissima olim in terris gens maximã uocet.tuo
q3 ritu colat. Dextra hercules data acciper se-
mem impleturumq3 se fata ara cõdita ac di-
cate ait. Ibi dum primum boue eximia capta
de grege sacrum potitiis ac pinariis:que tum
familię maxime inclite ea tenebãt loca dedit:
factũ forte ita euenit: Vt potitii:ut ait Liuius
ad tempus preſto eſſet hiſq3 extra apponerẽ-
tur.pinarii extis adeſis ad ceterã uenirent da-
pem. Inde inſtitutũ manſit donec pinariũ ge-
nus fuit ne extis eo ſolẽnium ueſcerentur. Po-
titii ab Euandro edocti atitites per multas e-
tates eius ſacris preſuerunt:donec tradito ſer-
uis publicis ſolẽm familię miniſterio potitiorũ
ac pinariorum omne genus perit:Id enĩ Ap-
pius Claudius cum eſſet cẽſor effecit hiſcẽ fa-
milię inſenſus:ob idque ira deorum ut credi-
tur luminibus orbatus eſt.

¶ De ſacerdotio fratru arualium.
ARatres aruales ut fruges ferrẽt arua ue-
teres cõcoluiſſe romanos memorię tra-
ditum eſt:hui9 uero religiõis Romulũ ipſum

patrem urbis auctore extisse reperio. Nam cum
Acca laurētia nutrix Romuli corpori suo quę
stum in uulgus faceret: eoq; pacto grandē pe
cuniā cōstipasset: ex duobusq; liberis quos su
sceperat unum morte amisisset: Romulū ide
mortui locum adoptionis iure substituisset: de
cedens tandem populū romanum instituit hę
redem: cuius tandē liberalitatis regięq; affini
tatis memor populus romanus mulieris nomē
ī factis retulit liberos fratres aruales afferēdo
et ab aruis apellauit ex quo tempore sacerdo
tium mansit fratrum arualium. hiq; duodecim
numero fuisse dicuntur ei; sacerdotio insigne
tribuit albas infulas et spiceam coronam.

¶ De Auguribus

Eodem ferme tēpore et disciplina & re
ligio augurandi ex etruscis penes quos
ea disciplina p̄cipua ac lōge peculiaris fuit
ad romanos cōmigravit. Virum enim quēpi
am cui⁹ nomē uetustate obsoleuisse Naso po
eta ait: asyli ut reor alliciente inductione exu
lem ex etruria romam uenisse p̄hibent: cuius
opa Romulū Remumq; usos cū de inponen
do urbi noīe una cōtēderēt opinione oducor.
Quāq; M. Cicero ī his libris quos īscripsit de
diuinatione etiā ipsum romulū istā ipsam au
guralem disciplinam percaluisse asserit a Nū.

ma uero qui Romulo successit perpetuum sacerdotii insigne constitutum est. De ritu uero in augurandi si unum in casum pleraque eduxero: eadem ad omnes ceteros facile referri poterunt. Ea quidem quantum ex ueterum monumentis collegi huiusmodi fuit observatio. Augur in arcem siue in editum quandam locum ad inaugurandum debebat sedere super lapidem meridiem uersus: atque ad leuam sedens baculum in manu recuruum quod lituum uocant tenet: inde ubi prospectu in urbem agrumque capto deos precatus regiones ab oriente ad occasum determinat: dextras ad meridiem: leuas ad septentrionem partes esse dicit: signum quod contra oculi conspectum longissime ferunt animo definit. tum lituo in leuam translato dextra in caput eius qui in auguratur posita. ita precatur Iupiter pater si fas hunc Numam pompiliu cuius ego caput teneo regem romae esse: uti nobis signa certa ac clara sint intra eos fines quos fecitum peragit uerbis auspicia quae mitti uelit quibus missis Numa de templo ita. n. designatus lituo ceteras regiones uocanti declaratus rex descendit. Quamquidem declarandi seu inaugurandi regis formulam ad cetera. quoque ut dixi trahi facile licet: Huic disciplinae peritiam Accionau auguris per multum fidei auctor

ritatisq3 accessit. Nam cū priscus Tarquinius aliqua præter maiorum instituta in augurato mutare pleraq3 etiam de nouo cōdere pergeret negare Accionauus inclytus ea tempesta-^{Accionau} te augur in auspicato ea fieri oportere. Quā ira regi mota ludens artem ut ferunt. Agen- dum inq3 diuine ī augura fieri ne possit quod ego nunc mente concipio: cum ille inaugurio rem expertus fieri posse dixisset. Atqui hoc a nimo agitaui inquit nouacula cotem discissu- rum. Cape ergo hoc et perage quod aues tuæ fieri posse portendunt: Tum illum inconcū- ter discidisse cotem ferunt: statuamq3 Accio- nauī capite uelato quo in loco res acta est īco- mitio in ipsis gradibus ad leuam positam fu- isse: cotemq3 eandem cum illa ipsa nouacula in manibus posita: ut eius rei etiam apud po- steros monumētum existeret. Auguriis ergo sacerdotioq3 augurum: ut ait Liuius etiā quæ in libris de diuinatione Cicero tantum aucto- ritatis ueneratiōis: ut nihil domi foris que po- stea nūā auspicato gerentur: et ad sapiētiæ no- tabilisq3 primarios quousq3 id sacerdotiū de- ferretur: & cum Tiberius Gracchus pater Ti- berii, et C Gracchurum comina cōsularia ha- buisset: dicerentq3 etrusci auguces rem in au- gurio experti uitio consules creatos esse. Grac

chusque ut ineptos insanosque etruscos in-
cesseret abiens in prouinciā senatui rescripsit
ueridicos nō autem insanos etruscos esse qui
consulares p̄sentes uitio a se creatos dicerent
Nam cū se collegisset meminissetq; se locum
tabernaculo extra pomoerium prēter maiorū
cōsuetudinē delegisse: quāobrem abdicare se
cōsolatui cōpulsi sunt. Vt aut ueneratio huic
ordini auctoritasq; ita et numerus ipse adeo
creuit: ut collegiū augurū coleretur. Nā cū ab
initio tres tm̄ creari cōpissent ex trib; scilicet
tribubus rhannēsiū Ticiensium et lucerum &
obtinuisset cū mutaretur numerus ī pari tamen
numero creari: Vt cunq; tandē id fieret quat-
tuor numero preter maiorū consuetudinem
creari cōepti sunt. Tandem cum plebs quorū
libet honorum partē suam in senatu et ī foro
nacta esset: per tribunos egit ut ad sacerdotia
quoq; uelut ad cētera cursus aperirentur. Id
que post multa certamina uariasq; seditiōes
obtinuit: ut ad quattuor scilicet patricios quī
que ex plebe adiicerētur: factūq; hoc fuit. M.
Valerio et. Q. apuleio consulibus.

¶ De flamine diali

A Laminem dialē primus Numapōmpili-
us romę rex creauit cū antea reges pō-
tificū regumq; promiscue munera obirent ut

de priamo et Aenea apud Virgiliū cernim⁹
Rex etiā. Annuis. Vt idem poeta ait rex idē
hominum phœbiq; sacerdos fuit. Idq; etiā et
a minoribus tantū ut a. C. Cēfare Diuo augu-
sto multisq; deiceps principib⁹ quos pontifi-
catus maximi titulis īsignitos uidem⁹ obser-
uatū est. Cēterz Numa plures ī urbe Romulo
q̄ sibi similes reges fore ratus: qui relicta reli-
gionis cura bellorū poti⁹ negociis destinerē-
tur sacerdotes quos appellauit flamīes qui rei
diuinę iugiter adiecti essent multis deorū alli-
gauit. flaminē unum Ioui. quem dialē uocant
Marti duos Quirino unū. dictus autē flamen
dialis est: Vt varro ait quod in latio capite ue-
lato erat. et caput fillo lane præcictū habebat
a quo flamē appellabatur. Dialis autē a Dione
quod est iuuans deus. Cēteri flamines eius cu-
i præfident numini decorantur titulis hūc di-
alem prefertim insigni ueste curulique sella a-
dornauit hic solus ut varro ait albū habet ga-
lex: uel eo quod maximus est: uel quod Ioui ī-
molatio alba hostia fieri oporteat: pleraq; eti-
ā huic pōtificio iure iure tributa sūt. A. Geli⁹
in cōmentariis noctiū atticarum scriptum re-
liquit. Equo enim uehi flaminem est religio.
Item iurare dialem fas nunquam est. ignem
et flammā nisi ubi sacrū est efferri ius nō est.

Vinctum si edes eius introierit solui necessa-
riū est: et uincula per īpluuium in tegulas sub
duci atq; inde foras mitti debent: nodū in api-
ce neq; incinctu: neque ī alia parte Vllū ha-
bet. Siquis ad vberandū ducatur si ad pedes e-
ius supplex decubuerit eo die uerberari piacu-
lum est: Capillum dialis nisi q; liber homo est
nō detonsit. capram et carnem īcoctā et he-
derā et fabā neque tangerē diali mos est neq;
nominare. Propagines e uitibus alti⁹ prētētis
non succidet. pedes lecti in quo cubat luto ter-
nui circumlitos esse oportet et ī eo lecto cuba-
re aliquem fas non est. Vngues dialis & capil-
lorum pręfagmina subter arborem ilicem ter-
ra operiūtur: neque ad eius lecti fulcrum cap-
sam esse cum strue atque ferro fas est. dialis
quotidie festalis est sine apice. Sub diuo autē
esse licitum non est sub tecto utiliter etiam a
pontificibus constitutū: farinam fermento im-
butam attingere fas non est: neque tunicā in-
timam nisi in locis tectis exuisse: sub cēlo tāq;
sub oculis Iouis nudus ne sit. in conuiuio eius
haud q; nisi rex sacrificulus accubabit. ma-
trimonium flaminis nisi morte dirimi nō est
fas: locum ubi bustū sit nunq; ingreditur. Hos
flamines cum ab initio consecrantur captos
duci a patribus uelut ab hostibus mos fuit.

Totidem uero flaminibus quot deos colerēt
ufos ueteres. M. Varro in his libris: quos in-
scripsit d̄ origine līguę latine testis est: ut dia-
lem Martialem quirinalem. Vulcanalē fur-
nialē et falacrum et pręterea q̄ plures. Qui
ut nostrum in ter sacerdotum gradus non ni-
hil īterest: ut episcopum archiepiscopum: car-
dinalē patriarchā et metropolitānū Ita apud
illos flaminū Protoflaminum et archiflami-
num differentiam fuisse idonei testes sunt.

¶ De uestalibus uirginibus
Uestalis originem cultus quemadmodū
pleraq; omnia Numma Pompilius ītu-
lit et si eius initia usq; adeo uetera sunt: ut ex
troianis ad albanos Aenea duce longe cōmi-
grauerit: cuius rei meminit Virgilius his uer-
sibus. Sic ait et manibus uittas uestamq; potē-
tem. eternūq; adytis effert penetralib; ignē.
Deę huic restę quam terram esse eandemq;
deorum matrem uolebant: ppetuo uigil ignis
consecrari solebat: eius obseruationi ac cultui
plereq; uirgines e primoribus patrum electę
pręfici. Quarum negligentia si forte sanctus
ignis extinctus esset flagris a pōtifice maximo
cēdi uidebantur. ut a. P. licinio crasso pontifi-
ce maximo ī eam quę negligentius ignem cu-
stodierat Valerius scriptum reliquit. Incesti

uero crimine dānatam uiuā subfodi institutū
est: Virginē Vestalē ut labeo Antistius scrip
sit minorē quā sex ānis maiorē quam ānis de
cē natā negauerūt: capi fas est. Itē quę nō p̄ri
ma et matriā et quę līgua debili sensuq3 auri
ū dimiuta esset: alia neq3 corporis labe īsigni
ta sit. Itē cuius parētes alter āboue seruitutem
seruiuerūt: aut ī negotiis sordidis v̄santur: Ea
mue cuius soror ad id sacerdotiū lecta sit ex
cusationē mereri aiūt. Itē cui9 pater flamē uī
augur aut q̄ decemuir sacris faciūdis: aut qui
septēuir epulonū aut alius est. Spōse quoq3 pō
tificis et regis sacrorū filię uacatio a sacerdo
tio isto tribui solet: neq3 eius legendā filiā qui
domiciliū in italia nō haberet cōstitutū est: ut
Capito athenis reliquit scriptū et excusandā
eius qui liberos tres haberet. Itē edicto p̄tor
is uirginē uestalem dialemue iurare nō cogi
sepe rescriptum est. Verba p̄toris hęc sunt.
Virginē uestalem et flamineā dialē ait p̄tor
in ōni mea iuris dictione iurare non cogā. De
eligēda aut v̄gine uestali hęc obseruata sunt.
Lege papia cautum est: ut arbitrato pōtificis
maximi uigiti e populo uirgines legerentur:
fortitioq3 ex hoc numero fieret in contione.
Ceterum inquit ea lex uetustate ut plēreq3 ali
q̄ exoleuit. satisq3 ei lectioni fieri cōeptum est:

si quis honesto loco natus Pontificem maximum adeat offeratq; ei ad sacerdotium filiā cuius dum taxat saluis regionis obseruationibus ratio haberi possit. Gratiam enim papie legis per senatum fieri aiunt: hanc uirginem a pōtifice maximo capi uelut ab hostibus moris fuit. Verba autem quibus tunc pontifex utitur hęc sunt. Sacerdotem uestalem sacra facere quę iussi pro. P. R. Quiritibusq; uti optima lege fuit ita te Amata capio Amate enim nomine appellari omnes cōsueuerunt. Quot ea quę prima capta est a Numma rege fuisse hoc nomie perhibeatur: simulatq; igitur capta atq; in arce. Vestę de ducta est illico sine emancipationis ac capitis diminutione exit patriam potestatem et ius testamenti faciundi adipiscitur. Incōmentariis autē labeonis quos supra duodecim tabulas composuit ita scriptum reperitur. Virgo uestalis neq; heres est cuiq; intestato: neque intestate quisq;. sed bona eius tum redigi in publicum aiūt.

¶ De salis Marti dicatis.

INter cętera sacrorum instituta genera a Numa rege: a posteris etiam in honorem habita id quid haud in minoribus fuit: quod Marti scilicet Gradiuo uouit: duodecim enim ad hęc uiros legit quos a solempni saltu.

Quo in sacris utebantur salios appellauit. his
alios. xii. Tullus hostilius mox adiecit cū ro-
manis in aciem contra fidenates educis. alba
ni a romanis per speciem pditionis duce Me-
tio defecere Datum autem his supra tunichā
insigne aheneum pectori tegmen celestiaq3
arma quę uocantur ancyla portare: ac per ur-
bem canentes carina cum tripudiis solemn-
q3 saltu incedere. Institutumq3 ut in fine om-
nium carminum suorum Mamurium appella-
rent. Hunc Mamurium iclitum ea tempesta-
te fabrum fuisse et cū ancyle cēlo lapsum est
Numa Pompilio quiritisq3 rem diuinam a-
gētibus: huic Mamurio negotium datum cō-
plura huius similia ancyla effingendi tradūt
quod quidem opus cum ille exquisitissima ar-
te absoluisset: optionem utrum a se uellet po-
stulari artifice Numam obtulisse quod ex eo
peteretur nam exhibiturum uero. artificē nō
pecuniā sed gloriā pro mercede petiisse quod
eius nomen a salis infinem quorumlibet car-
minum recitaretur. Idq3 per multa tempora
in sacris et comitiis: ut ait Liuius obseruatum
est. Eo autem huius ordinis sacerdotum nu-
merum creuisse: ut ad collegium et collegii sa-
cerdotum magistratum redactum fuerit.
¶ De collegio pontificū et pōtifice maximo.

2
Pontifices ut pleraque alia sacerdotia ab ipso Numa ortos apud Liuium satis constat eisdem diu preterquam a patribus creari non licuit. Fuerunt autem ab initio hi numerum quattuor. Postquam uero Maximorum quorumcumque hominum partem plebs tribunitiis rogationibus obtinuit: ad sacerdotia quoque sacro sanctasque ponentes patere sibi aditum uoluit. Quattuor ergo alios creari ex plebe pontifices placuit. M. Valerio. et. Q. Apuleio consulibus omnibus unus prefectus fuerat a Numa Pompilio. isque pontifex maximus appellabatur. Hic habet ex se sacra omnia exscripta exignataque: quibus hostiis quibus diebus ad que templa sacra fieri deberent eiusmodique diuinis in rebus unde erogande pecunie sumptus fieri debeat cura pontifici est. Ceteraque omnia sacra publica priuataque sacris pontificis subiecta sunt. Cum uero de religione de sacris dissensio est populus illum consulere pergit per utile illud fore ratus est Pompilius eius sacerdotii auctor ne ius diuinum negligendo patrios ritus peregrinosque asciscendo turbaretur. Nec celestes modo ceremonias ducere: sed iusta quoque funebria placando que manes eiusdem pontificis erat. Apud eum quoque tabula esse dicitur in qua solis et lune defectus quotiens lumini ca

b

ligo fit. et anni mensiumque et fastorum ratio perspicitur
Pontifex ut Varro ait. Q. Mutius Scaevola a
posse et facere appellatum esse dicere solebat
sed ea denominatio a. M. uarrone haud satis
probari uidetur. Nam et a pōte & a facio potius
appellatos putat: eo quod ab his primū pons
publicus factus ac sepe restitutus esse prohibeat

¶ De foecialis sacerdotio

Foecialis sacerdotii nusquam apud romanos
uetustiore usum fuisse quam Tullo hosti-
lio romae regnante reperi: quem tamen ut Hostilio
creatum non affirmaverim: Ita ne quidem negaverim
a Numa pompilio omnium religiosissimo rege
creari potuisse utcumque tandem fuerit de nomine
priusquam de. M. valerio foeciali regnante Tullo
hostilio apud Liuium mentio est. foecialis uero
partes in eo versabantur maxime: ut fidei publice in-
ter populos preesset: neque iustum aliud bellum fore
cesseretur: nisi id per foeciale fuisset indictum: cum
uero pugnare desitum est. foederis fides pacis con-
stituebatur: quae foedera aliquando fidera appella-
ta ab Ennio: quod fidei faciundae causa introduc-
ta sunt. M. varro testis est: foecialeque ipsum a fi-
de et faciendo dictum esse idem existimat. Forma
uero feriendi per foeciale foederis huiusmodi est
qua nulla ut liuius placet uetustior esse memo-
ratur. Foecialis inquit regem Tullum ita rogauit.

10
Iubes ne me rex cū patre patrato populi alba
ni foedus ferire? Iubēte rege Gramina inqt te
rex posco: rex ait pura tollito: fœcialis gramis
herbā purā attulit: postea regē ita rogat. Rex
facis ne tu me regiū nuntiū. P. romani Quiri
tū? Rex respōdet: quod sine fraude mea Qui
ritūue fiat facio. Fit ergo tūc foedus: multisq;
id v̄bis peragit legibus īde recitatis. Audi in
qt Iupiter. Audi pater patrato populi albani:
audi popule albane: audi ut illa palā prima po
stremaue ex illis tabulis cēraue recitata sūt si
ne dolo malo: utiq; ea hodie rectissime ītellec
ta sūt: illis legibus populi romani prior nō de
ficiet: si ōfecerit publico cōsilio: dolo malo: tu
illo die Iupiter ita. P. R. ferito ut ego hūc por
cū hodie feriā. Tantoq; magis ferito: q̄to ma
gis potes solesq;. Id ubi dixit porcū saxo silice
p̄cutit. Eodem modo p̄s altera p̄ suos sacerdo
tes suūq; dictatōrē pagit. Cum aut bellū p̄ fœ
ciales inducunt hoc more utūtur Fœcialis ha
stam ferratam p̄rustā aut sanguineā ad fines
eorum quibus bellum īdicit defert. nec minus
pueribus tribus p̄sentibus hęc adiecit. Quod
populi priscorum latinorū hominesue prisci
latini aduersum populum. R. quiritum fece
runt: deliqueruntque populi. R. bellum cum
latinis priscis fieret ab eā rem ego. Po. q; ro.

populus priscorum latinorum hominib⁹q³ la-
tinis bellum indico facioq³. Id ubi dixit hastā
infines eorum emittit: ex quo bellum esse itel-
ligitur.

¶ De patris patratis sacerdotio
Patris patrati sacerdotium et si apud Li-
uium a fœciali haud differre uidetur ali-
quando etiam longe abfuisse apparet: tamen
et nomen istius illiusq³ atq³ officium nō nihil
interesse uideātur utiq³ de utroq³ seorsum di-
cere uisum est: ut cūq³ esset his descriptis nō
certe officia imutauerim sed partes plures dū
taxat ascripserim. patris patrati usus eadē tē-
pore quo fœcialis apud romanos prodit: nam
et inferiendis a fœciali fœderibus patris patra-
ti opera auctoritasq³ exigebatur. Ad patran-
dum enim idest sancendum iuramētum. Vbi
de fœderibus conuerat adinitti consueuere
creauit autem. M. Valerius primus fœcialis.
Sp. fusium primum patrempatratum eo bel-
lo quod Tullus Hostilius cum priscis latinis
gessit. Verbēna cap̄ capillosq³ cingens: alias
præterea partes: ablata scilicet ab hostibus re-
petendi patripatrato dedit. Ancus Martius e-
um morem ab antiquissima. equiculorum gē-
te repetens eius rei formula antiquissima est
huiusmodi legatus idemq³ pater patratus u-
bi ab fines eorum uenit unde res repetuntur

capite uelato. filo aut lane uellamen est: Audi
Iupiter inquit Audite fines cuiuscūq3 sint gē-
tis. Numīa audiāt fas: ego sum publicus nun-
tius populi romani iuste pieq3 locatus uenio.
verbis meis fides sit peragit deinde postulata
Inde louem testem facit. Si ego iniuste impie-
q3 illos homīes illas res dedere populo. R. mi-
hiq3 exposco tum tu patrię compotē nonq̃ si-
nas esse: hęc cū fines hęc quicunq3 ei primus
uir obuius fuerit: hęc portā īgrediēs: hęc forū
īgressus: si nō dedūtur quę exposcit dieb9 tri-
bus et trigīta tot. n. solēnes sunt p actis: ita bel-
lū indicit Audi Iupiter et tu luno Quirine: di-
iq3 ōnes celestes: uosq3 terrestres uosq3 infer-
ni audite: ego uos testor. Populū illum quicū-
que est: nominat: iniustū esse: neq3 ius p̃solue-
re: sed istis rebus ī patria maiores natu consu-
lemus quo pacto ius nostrū adipiscamur cum
his nūtiis ad cōsulendū romā uenit confestim
rex dictator: cōsul siue quis alius senatum ha-
buerit ex his ferme patres cōsulit uerbis qua-
rum rerum litium causarum cōduxit pater pa-
tratus. P. R. Quiritum patripatrato priscorū
latinorum hominibus uel priscis latinis: quas
res nec dederunt nec fecerunt nec soluerunt
quas res dari fieri solui oportuit: Dic inquit &
quem primum sententiam rogat quid cēses?

12
pore quo huiusmodi carmen ex libris sybil-
linis relatum est. Mater abest: Matrem iubeo
romane regras. Cū uenerit casta est accipien-
da māu: hoc respōsū cū diu torqueret patres
que. n. mater esset: aut ūde petēda nō satis re-
pīr poterāt phyci. Apollōis oraculū cōsultū
miser. Missi huiusmōi respōsa retulerūt. diuū
Apollo inqt matrē accersite: quā: ideoq3 qdē
iugo rpietis. nisi ergo ī asiā legati datū nego-
tiū ut pqsitū ac tādē cōpertū simulacrū romā
ducerēt. Sed. cū Attalus rex asię comperti a le-
gatis simulacri traiectionē negaret romanis
frustra iā abire parantib9: uocē eisdē et credi-
tum esse deę auditā ferunt. Ipsa inqt peti uo-
lui romāq3: quod deorū omniū dignum domi-
ciliū est deduci: quo miraculo exterrit9 Atta-
lus romanis illico simulacri trāslationē cōces-
sit Mari ergo trāsuecta romā ut traditum est
cū tyberi naui simulacro honusta uectaretur
oī genere hominū ex urbe pdeunte cū carmi-
nibus sacrisq3 nauium sicco lictore ad hēsisse
ferunt: et cum oīs multitudo funib9 ī iectis sū-
mo conatu adniteret: nulla demū ui auellere
herētē ualuit. Erat aut ī turba matronarū Cla-
udia qnta vgo uestalis pstatissime forme: cui9
exq̄sitio habitu multisq3 pleno illecebris uiola-
te ei9 vgitatis publica suspicio circūferebat.

Attalus rex asię

Claudia nepalis uirgo

Procubuit ergo puella ad pedes simulacri o-
rans obtestâsq3 deam sic inquit. Lese uirgini-
tatis me ream criminantur: tuum dea testi-
monium uti rē iudices quēso: ut si tuo dānata
testimonio dea fuerī admissam mortē luam.
Sin hac labe purā argueris tū tu castissima ca-
stas manus psequere obsecro. Vbi hęc dixit
reste qua ligata erat naus manu arepta naus
puellę admodū parū conātis tractū facile. p-
secuta est. hoc pacto ī urbē deductam Scipio
Nassita solus dignus cui9 manibus tangeret
reciperetur que simulacrū iudicatus est. Datū
ergo Scipioni negotiū. ut templū deę magni-
fice strueret: eius cultui sacerdotes dedicaret:
quos moī deę uetusto spadones esse oporteat
nō alio pacto ad id sacerdotiū legādos cui9 q
dē instituti. hoc ī cause fuisse cōmemorāt. Di-
lexisse Cybelē puerū qdam phrigiū: dilecto q3
hanc cōditionē adiecisse ne cui castitate polluta
adniteretur. puerx tñ nymphā Sagaridē de-
perisse: et cū apud eā sub arborē ei nymphe di-
cata una quiesceret: noctam dormiētes deam
arborē cū ipsa nymphea trucidauisse. Adole-
scentē metu exanimatū inuicinū montem cu
ī dindyma nomē est cōfugisse: dolore q3 amē-
tem: pudore q3 admissi faciōris membrū quo
deliquerat abscidisse. hac ratiōe facti dea me

Scipio massica ut omni
varia optimus simul
cū suā domū accepit

Dindyma mōtāsis

mor p̄ eiusmodi homines perpetuo sibi mini-
strari uoluit. Gallorū uero nomē a flumīe phy-
gię uetusto: quod tēplo huius deę uicinum est
tractum ferunt: cuius ut ferunt fluuialis unde
ea ius est: ut potans insanire compellantur.

¶ De duumuiris sacrorum

OVumuii sacrorum quantum monumē-
ta ueterum legens consequi ualui sacrif-
libris legendis carminibus quę sybille fatiq;
populi interpretandis pręerant ut Apollinis
sacri. aliarumq; cerimoniarum antistites erāt
et quotiens prodigia aliqua magnos aliquos
rerum euentus auspicantia emerfissent: lecti
sternis ad puluinaria deorum factis uti illoꝝ
minas aueruncarent: suppliciis sacris quę pla-
clabant. Eorum etiam ritu prospere gestis re-
bus supplicationes decernebātur. huius sacer-
dotii nullam ātea mentionem repperi quam
quo tempore edes Castori per filium Postumii
secundi dictatoris qui tunc duumuir dedica-
tus est: latio enim bello pater ipse dictator uo-
uerat: Ceterum cum multo tempore duo ab
hoc ipsum sacerdotium uiri creati essent: ac
plebs de suo quoque corpore creare consules
ceterosq; magistratus pergeret: neque ad ip-
sum satis uirium esset: obtinuit tandem ut qui
duumuii in eam diem creati fuissent: decem

uiri crearentur quinque ex patribus totidē ex plebe electis: quare ex duumuiris decemuiro appellari coepti sūt. ¶ De septēuiris epulonū

Septemuiratum epulorum quā ut coniectari potest genus esse sacerdotii presumatur: propter ea quod cum de uocatione uelalis sacerdotii agitur filie auguris decemuiro sacrorum flaminis septemuiro epulorum ab hoc sacerdotio excusationem meretur: Inter sacerdotia hoc ipsum subiungitur: ut cūq; id fuerit quoniam nihil quicq; de hac re mediocris etiam fidei auctoritatisque repperi: quod huic ordini officium commissum esset: ausus asserere non fui. Plinius tamen cū esset rationem habiturus cū quasi pp futuros astates timeret dixit stabat medio cōsularis: modo septemuir epulorum. Sunt ad huc romę in pyramide quadrato incisa hęc uerba. Opus absolutum diebus .c xxx. et testamento. c. cornelię. TR. Pl. septemuir epulorum.

¶ De magistratibus religioni nō spectatibus.
Sed qm nunc de reliquis magistratibus qui ad religionem non ptinent tractarintēdimus. aliiq; omniū magistratuū maiores alii uero mīores sunt: qui maiores: q uel minores essent paucis aīaduertendū est. Nā A. Gellius pleraq; hac i re ex. M. Messalę auguriis li

bris dicta reliquit: cuius uerba hæc sunt: patritio
 rû auspicia i duas potestates diuisa sunt. Ma- *Maxima au*
 xima sunt prætorû censorum consulû: neq3 ta *g fult prætoris e*
 men eorum omniû inter se eadẽ aut eiusdem
 potestatis sunt: ideo quod collegæ non sunt cẽ
 fores cõsulû aut p̃torû: p̃tores collegæ. cõsulû
 sũt Ideo neq3 p̃tores aut cõsules cẽsoribus ne
 q3 consulibus cẽsores: aut prætoribus turbât a
 ut retinẽt auspicia. At censores i ter se: rursus
 prætores consulesq3 inter se et uitât et obtinẽt
 auspicia. prætor et si collega consulis est neq3
 prætorem neq3 consulẽ iure rogare potest: ut
 quidẽ nos a superioribus accepimus: aut ante
 hæc tempora obseruatũ est: et in cõmentario
 .xiii. c. Tudicani patet: quia i perium minus p̃
 tor maius habet consul: et a minõr impio mi
 nor a maiore autẽ maior collega rogare iure
 non potest. Nos his temporibus prætores præ
 tore creante ueterum auctoritatẽ sumus secu
 ti: neq3 iis auspiciis in comitio fuimus: Censo
 res æque nõ eodẽ rogantur auspicio quo atq3
 consules et prætores. Reliquorum uero magi
 stratuû minora sunt auspicia: idest illi maiõs
 hi minores magistratus appellantur Maiores
 centuriatus inquit comitiis: minõs curiatim
 ac tribuni fiunt. Ex omnibus his Messalẽ uer
 bis inquit manifestum est: qui sint minores.

Magistratus: et quamobrē minores appellan-
tur sed et collegam esse et prętorē consuli de-
cet: quod eodē auspicio creātur. Maiora autē
auspicia dicūtur habere: quia eorum auspicia
magis rata sunt q̄ aliorū, consul ab oīb⁹ magi-
stratibus et cōtionem, et comitiatum auocare
potest: Prętor & contionē & comitia usq; qua-
q; auocare potest: nisi a cōsule. Minores ma-
gistratus nusq; neq; comitiatum neq; cōtionē
auocare possunt. Ea re qui eorū primus uocat
ad comitiatum: is recte agit: quoniam bifariā
cum populo agi non potest: nec auocare alius
alii potest si contionem habere uelit: uti ne cū
populo agāt. q̄uis multi magistratus simul cō-
tionem habere possint. Ex his uerbis Messa-
le manifestum est aliud esse cum populo age-
re aliud contionem habere: nam cum populo
agere est rogare quid populum & quod suf-
fragiis suis iubeat aut uetet: contioem autem
habere uerba facere ad populum sine ulla ro-
gatione.

¶ De Senatoribus

Senatorum originē a Romulo institutā
esse nemo ambigit: q̄ppe q̄ urbis parēs
et cōditor cum iam nouam ciuitatem uiribus
et robore iuuenum affatī a se mūitam cerne-
ret, haud minoris momēti fore ratus si eandē
cōsiliū ope fulsisset: exprimoribus patrum qui

um aderant ciuibus centum numero elegit. quos ob honorem patres: ob etatem senatores appellauit. ut apud lacemonios senes appellari eos qui summum quendam magistratum gerant Cicero ait: Qui uero ex his patrioris centum patribus geniti sunt. patritii nuncupati sunt. Hunc ordinem mox Tullus Hostilius expleuit alba a se diruta albanisque in urbem inductis. Tum Tullios Seruilios. Quintios Gegamos clodios in senatores accepit. Exactis autem Brutus regibus consul exhaustum bonis uiris senatum intuens: primores equestris ordinis ascribi in senatores operam dedit illosque conscriptos patres appellauit: ex quo tempore patrum conscriptorum appellatio locum habere instituit. penes hos quidem senatores adeo semper totius rei. P. summam inixa est: ut ne reges quidem consules aut dictatores: aut alius quispiam magistratus inconsulto senatu quippiam molliretur: adeo ut cum Tarquinus superbus pleraque preter senatus auctoritatem decerneret: tunc demum amisso regis nomine tyrannus appellaretur. Senatores uero triplicis ordinis fuisse repperi: alii enim patritii alii pedarii nonnulli uero conscripti appellabantur. Patritii sunt hi maxime qui centum illis patribus a Romulo lectis geniti sunt. Cō

*Senatores triplex con
alii patritij alij pe
ri alij conscripti appellab.*

scripti uero senatores hi qui regum cōsulum
cēforumue decreto in senatū lecti sunt. Peda-
rios autē senatores uariis rationibus appella-
tos inuenio. Alii, n. quod hi non haberent sen-
tentię dictionē in senatu: sed in aliorū senten-
tias pedibus irent dictos pedarios putant. A-
lii quod essent pleriq3 qui magistratus curules
adepti sella curuli in senatum ueherētur. Qui
uero pedibus iter facerent pedari nominabā-
tur. M. aut varro equites quosdā esse ait: qui-
bus amplioribus magistratibus fūctis nōdum
tamē acēsoribus ī senatores lectis nō esse ius
dicendę ī senatu, sententię cum tamē in sena-
tū uenire liceret: sed quas sententias prīcipes
dixerāt in eas descēdebant. De ordīe uero ac
ratione cōsulendi, senatus: quę usquā repperi
ea potissimū adiiciā. Aliqñ enim primo roga-
ri mos fuit: qui princeps in senatu acensorib9
positus fuerat: nōnunq̃ uero ut hi prius roga-
rētur: qui cōsules designati essent institutum
est: Cicero autem in eo libro quem inscripsit
Catonem maiorem de senectute Tantū alqñ
senectuti honoris tributum scribit quod ut q3
q3 natu grandior esset: ita prior in senatu sen-
tentiam rogaretur usu tandem introductum
esse dicitur: ut quē consul ipse rogasset: is pri-
or ex sententia uerba faceret. Alium tamen

quam consularem uirum rogari fas fuisse negant: Ex qua sane consuetudine. C. Iulius Cæsar in eo consulatu quē gessit cum. M. Bibulo tris duntaxat uiros extra ordinem rogasse dicitur. M. Crassum. C. N. pompeiū. et. M. Catonem. Post. M. Crassum. C. N. pompeiū ubi filiam in matrimonio sibi collocauit rogār primū coepit: Cuius uero. M. catonem rogaret: atq; is de quo consulebatur de re. P. nimis forte diceret: longioreq; pinde oratione uteretur: quā omne fere tēpus quod ē habēdo senatui tereret Cæsar iuatorem uocauit: Mq; catonē quoniā finem nō faceret prēhendi loquentē et in carcerē trudi iussit Catonem cum trahi imperio pararet senatus cōsurrexit et ad carcerē prosequēbatur: cuius rei quasi inuidia motus cæsar destitit: atq; emitti iussit De more autē habēdi senatus. M. Varro rogatu pōpeiū librū edidit cū ille primū cōsul cū. M. Crasso fuisset designatus: creditur qā foris militieq; ad eā etatē occupatus: uelle ciuilis cōsuetudinis cuius erat expers fieri p̄tior. Sed eum librū in ipsa Varronis etate periisse. idē ipse in epistola ad Opihianicū scribit: quā in epistola multa scribere Varronē id generis. A. Gellius incomētariis noctiū atticarū refert. Primūq; ibi scriptū fuisse per quas personas senatū haberi liceret.

Nominat dictatorem consules prætores Tri.
Pl. iter regem præfectum urbi neq3 ullis aliis
ius fuisse: senatum frequentem fieri iubere as
serit. Addit deinde extraordinario iure tribu
nos militares qui proconsulibus essent. Item
decemuiros quibus tamen imperium consula
re esset. Item triumuiros rei. pu. constituendę
causa creatos: ius consulendi senatum habuif
se. De præfecto aut urbi latinor3 utrũ senatũ
haberi liceret non satis conuenire ait: qui lice
re negauit quod ne ille quidem senator sit p i
de ius dicendę in senatu sententię non habe
at in rationem adducũt ea3 etate quę nõ dũ
senatoria sit creari. M. autem Varro et Acte
ius capito ius esse profecto huius senatus ha
bendi aiunt: quandoquidem et trib. ple. q̃ qui
nõ esset sonatores ante Accinium plebiscitũ
ius senatus habendi esset Scripserat etiam de
intercessionibus illis: uidelicet ius interdicẽdi
fuisse: qui uel ea potãte uel maiore fuissent iis
qui senatus: consultum aut plebiscitum: uel a
liud decretum rogarent De loco habẽdi sena
tus: aut senatus consulti rogandi nisi in locis
per augures constitutis quę tẽpla appellabãt
haberi rogariue potuisse negabat. Vnde & cu
riam hostiliam pompeiam & Iuliam cum pro
fana essent tẽpla per augures constituta sunt

17
De tempore uero habendi senatus ita ut dixe-
rit. Ante exortum inquit solem: aut post eius
occasum senatus consultum irritum esse. O-
pus et censorum fuisse per quos & quo tempo-
re factum seu consul esset animaduvertere. De
etate autem senatoria etiam adoleſcētibus se-
natorum senatum ingredi licuisse ueterū mo-
numenta legētibus apparet. Quominus uero
tandem in senatum illi etati uenire liceret
papii prętextati factum in causa fuit: ut Va-
lerius Maximus scriptum reliquit. Tunc igitur
constitutum ne cui paucioribus uiginti et quī-
que annis nato senatum ingredi liceret: ut a-
pud Plutarchum in uita Magni pompeii. Itē
apud ius ciuile romanorum quo nos etiā hoc
tempore utimur facile conspici. licet. Qui
uero senatum habiturus esset auspicari primo
atq; imolare hostiam debere idem varro cen-
sebat. Docuit etiam de diuinis rebus priusq; o-
humanis ad senatum esse referēdum. Item se-
natus consultum duobus modis fieri: aut p di-
ſcessionem si consentiretur: aut si res dubia es-
set per singulorū sententiam. De pignore quo-
que capiēdo: de multa irroganda senatori: q-
pro tempore in senatum ueniret debuit non
interfuerit. Quantum uero ad senatorum fa-
miliam pertinet: senatoriarum personarū ap-

pellatione etiā uxores contineri decretum est.
Adoptiuos autē filios & si antequā patres in
senatū ducti essent se se in adoptionē dedisset
senatores esse placuit. Siq; autē ex patritiorū
ordine plebeio homini se in adoptionē dedi-
derit patritiū tñ manere cautum est quam le-
gem ea tēpestāte nullā fuisse arbitror: cum. P
Clodius uir patritius quo tēpore tribunitia po-
testate fungeretur: qua ad v̄sus Ciceronē fac-
tione uteretur plebeio homini sed adoptādū
prēbuit cōtra senatorū filiē: nisi quę senatoriis
hominibus nuptui traditę essent clarissimarū
fœminarum noīe non cōtinerētur Senatores
uero filiū a patre emancipatū: et si filii nomē
iure ciuili amittit senatoriam tñ retinē digni-
tatē creditur. Postumi autem quīs post patris
mortē nascuntur senatorii tñ homines appel-
labantur: Eū uero qui postq̃ pater senatu mo-
tus est concipitur et nascitur non esse senato-
ris filiū proculus et pegasus opinabantur: siq;
uero ante cōceptus fuerit: q̃ eius pater senatu
moueretur: non nocebit filio casus patris quo
minus senatoris filius esse cēseatur: sed si pa-
ter anteq̃ cōciperet filium senatoriam digni-
tatem amiserit ac deinde decesserit filii autē
inaui senatoris potestatem reciderent: & si
non quasi senatore patre nati uideantur sena-

torii tamen esse censebantur. Mulieres autē senatoribus primo deinde inferioris fortis hominibus in matrimonio collocatę clarissimarum foeminarum ordinis non sunt. Itaq; impetrare plęraq; a principibus solent: ut nuptę iterum inferioribus uiris senatoria nihilominus maneāt dignitate. Vt dicitur diuum Augustulię Manię consobrinę suę indulisse: senatores uero senatorio ordine admotos quauis capite non minuuntur et ciuitatem retineant iudicare tamen ac testimonium dicere prohibet lex Iulia repetundarum.

¶ De Tribunis celerum equitum

Tribunos celerum equitum Primus Romulus creasse fertur: cum tres equitum centurias: quarum opera in omni rei publice discrimine uteretur ascripsit. Eas centurias Taciensium & lucerum appellauit. Rannensium a Romulo. Taciensium a Tacio. Lucerum uero denominatio ut Liuius placet incerta est. Quos autem ternos his prefecit uiros quos ex tribus delegit tribulus tribunos nominauit. Fuisse aut numero tercetos ait equites eo quod singulis curiis quę triginta erant. x. ascriuerit. Quod uero celeriter ac currere eos uoluit: si quando illorum opera res. P. indigeret appellari celeres uoluit. Sunt etiā qui a Celere quo

dam qui primus his ordinibus a Romulo prefectus fuerit Remi interfectore hoc nomen inditum esse opinentur: ut Ovidius in libro fastorum significare intelligitur. ¶ De quaestoribus

Questoribus creandis origo uetustissima est et ante omnes poene magistratus instituti sunt. Gratianus autem in eo libro quae de potestatibus scripsit ipsum etiam Romulum et Numam duos habuisse quaestores: quos non sua uoce sed populi suffragio creatos scriptum reliquit. Ceterum ut Romulum quaestores habuisse non usque quaque notum est. Ita Tullum hostilium regem quaestores habuisse constare inquit. Quod uero publice querendae pecuniae propositi essent appellatos quaestores aiunt. Quaestorum uero partim rerarii et urbanae pecuniae curam agere: prouincias partim exigendis uictualibus sortiri plerique ut ille gratianus dixit epistolis in senatu legendis occupari: hique nuncupari candidati principes. Non nunquam autem maleficia conquirent quaestoribus negotio traditum est: ex quorum exercendis quaestionibus quaestores dictos fuisse. M. varro oparii uidetur. Quaestores ut fere omnes reliquos Magistratus tam plebeios quam patritios promiscue creari obtinuit: quae potestas quoniam minoribus ascribitur neque prehensionem neque uocationem

habet: & quemadmodum priuati in ius ad p̄-
torem uocari solent: eadem gerendorum ho-
norum dicendęq; in senatu sententię initium
fuisse perhibet: etiam quia de capite ciuis ro-
mani iniussu populi non erat lege permissum
consulibus dicere. Propterea quęstores consti-
tuebātur a populo. qui in capitalibus pręssēt
rebus: hi appellabantur quęstores parricidii:
Quorum et meminit lex duodecim tabularū.

¶ De integra potestate

Omulo ergo humanis iam rebus sub-
ducto fluctuantibusque patrum animis
quo pacto rem publicam procurarent: quem
inde in mortui regis locum suffecturi aut quo
tandem pacto essent: ne noua multitudo sine
rege ac duce passim uagharetur: ac uicinorū
tandem satis irritatis animis urbem rectore
uacuam uis aliqua externa adoriretur: diffi-
cultati rerum consulere rati cētum patres ex-
cedere: de curiis singulos ex singulis legunt:
qui summę rerum pręssent. Ex his unum qui
cum insignibus imperii & fascibus esset decer-
nunt: quinque dierum spatium finiretur impe-
rium: eoq; pacto uicisim inter se sortiebantur
dum orbe exacto annus circum ageretur. Sed
huius imperii cum iam per tesum uideretur:
ac plebs pro uno rege centum sortitam esse

quereretur: audirētq; ea moueri patres: quod uel imperium posciturū esse uidebātur per speciem beneficii ultro offerentes rati summam potestatem populo permittunt statuunt ue ne plus iuris ac potestatis futuro regi permitterent: quam apud se se retinerent: simul decernunt quem populus ipse regem iussisset: ita demum ratum haberetur si patres auctores extissent. Tum rex contione aduocata quod bonum iustum foelixq; sit inquit. Quirites regē create: si dignum qui secundus a Romulo sit creaueritis patres auctores fient: atq; ea conditione regem creabant: apud quem ergo summa rerum erat: dum regia potestas uacans erat: interrex appellabatur. Apud minores uero romanorum cum rei. pu. causa abessent cōsules: neque habendis comitiis interesse possent: siue uitio consules creati essent: si dictatorem comitiorum causa dici non placuisset res ad interregnum deducebatur ac per iter regem consularia comitia habebantur.

¶ De duumuiris capitalibus
